

solvi valet; sed Matrimonium inter infideles contractum, valet aliquando dissolvi: igitur Matrimonium infidelium non est ratum. Minor probatur: Matrimonium infidelium, altero amplexante fidem, & infideli nolente cohabitare sine contumeliâ nominis Christi, vel impulsu ad infidelitatem, potest dissolvi quoad vinculum respectu fidelis: ergo infidelium Matrimonium valet aliquando dissolvi; sed ex eò quòd semel dissolvi valeat, jam Matrimonium non est ratum: ergo.

43. Tertio: Matrimonium fidelium est legitimum, & ratum, ut potè contractum à legitimis personis, fundatumque supra fidei Sacramentum, sive baptismum: ergo quod à personis legitimis contrahitur, & supra fidei Sacramentum, seu baptismum non fundatur, non erit ratum, quanvis legitimum sit; sed sic in infidelium conjugio contingit: ergo eorum conjugium non erit ratum, etsi verum ac legitimum evadat.

44. Sed oppones primò in primam asserti partem: Si inter infideles legitimum vigeret conjugium, hoc non esset peccatum; sed infidelium conjugium est peccatum: igitur inter eos verum ac legitimum non viget conjugium. Minor probatur: Infidelium conjugium non est ex fide, sive cum fide contractum; sed omne quod non est ex fide, peccatum est, ex Apostolo ad Romanos cap. 14. ergo infidelium conjugium peccatum est; proindeque tanquam verum, & legitimum non est habendum.

45. Respondet Magister, Divum Paulum non sic esse exponendum, quòd omne illud quod fit ab infideli fit peccatum; sed quòd omne quod fit contra fidem, id est, quod non fit secundum dictamen conscientie fit peccatum. Vel potest dici peccatum infidelium conjugium extrinsecè, non verò intrinsecè, eò quòd ab infideli non referatur in finem, & cultum religionis; sicque eorum conjugium semper legitimum atbitratur.

46. Oppones secundò ex Augustino lib. 1. de adult. conjug. cap. 18. dicente: *Non est vera pudicitia infidelis cum fidei.* Ergo nec infidelis cum infideli; sed ubi vera pudicitia non est, verum ac legitimum conjugium non adest: ergo inter infideles verum ac legitimum Matrimonium non datur.

47. Respondet Magister nutum subtilem Augustini dilucidè exponendo. Non enim vera inter infideles ab Augustino pudicitia negatur, quia eorum conjugium non sit verum, & legitimum, sed quia non habet illud triplex bonum, quod absolute, & perfecte à culpâ excusat coitum, & meretur premium; tametsi aliquomodo habeat quippe in officium,

cium, in remedium, & in Sacramentum. Est ergò infidelium conjugium in officium, quia est procreatio prolis legitime, sed non ad cultum Dei; quemadmodum est apud fideles. Est in remedium, quia excusat coitum à culpâ mortali, sed non datur gratia; apud fideles utrumque est. Tandem, penes fidelium ritum, est Sacramentum, quia signat unionem Dei, & animæ, sive naturæ divinæ, & humanæ, non tantum aptitudine, sed actu; apud infideles verò solum aptitudine signat, non actu. In hoc ergò sensu infidelium conjugium exploditur ab Augustino, non in alio.

48. Oppones tertio: Conjugii institutio, ipsiusque solutio non aptè coherent, eò quòd Matrimonium exigat indissolubilitatem; sed infidelium conjugium aliquando dissolvi valet, ut expendimus supra: ergò infidelium conjugium non est verum, & legitimum; aliter indissolubile foret.

49. Respondetur ex Magistro negando Consequentiam. Quia infidelium conjugium etiam est indissolubile, utroque conjugè in eodem infidelitatis pertinaciter manente statu; secus si unus eorum convertatur ad fidem, & alius cum fidei cohabitare nolit sine injuriâ Creatoris, sive nominis Christi Domini contumeliâ; nam tunc licet fidei aliam ducere. Matrimonium enim ratum exigit indissolubilitatem, ut potè fundatum supra fidei Sacramentum, sive baptismum; non verò conjugium legitimum, præcisè quia legitimum, ut apparet in præfato infidelium conjugio.

50. Instabis: Altero conjugum fidelium labente in infidelitatem, non solvitur Matrimonium, quia verum, & legitimum est; sed altero conjugum infidelium converso ad fidem, solvitur Matrimonium: ergo quia verum, & legitimum non est infidelium conjugium.

51. Respondetur negando Majoris causalem, & simul Consequentiam. Ideo enim non solvitur fidelium conjugium, altero in infidelitatem labente, quia fundatum manet supra Sacramentum baptismi, quod imprimit characterem indelebilem, ipsumque conjugium insolubile facit; secus infidelium Matrimonium, altero ad fidem converso, cum non maneat fundatum supra fidei Sacramentum, sive baptismum, ut non semel iaculavimus supra.

52. Oppones quartò in secundam asserti partem: Idem infidelium conjugium absque innovatione ullâ evadit Sacramentum, dum ambo conjuges baptizantur; sed dum conjugium est Sacramentum, reverà est legitimum, & ratum: ergo cum infidelium conjugium absque innovatione ullâ sit Sacramentum, dum ambo baptizantur conjuges, jam eorum

eorum conjugium in infidelium statu haud dubiè erat legitimum, & ratum.

53. Ut aliqua Magistri perspicuo nutui valde consona in instantia solutione adhibere possimus, necessarium duximus animadvertere, non me latere, nonnullos Doctores mordicis tenere, Matrimonium infidelium, quando ambo baptizantur conjuges, evadere Sacramentum, cum antea solum simplex ac legitimus contractus fuerit; requiri tamen juxta alios, novum intervenire consensum, sive ratificationem de Matrimonio in ipso baptismatis actu.

54. Respondetur tandem secundum probatissimam sententiam, Magistroque sat consentaneam negando absolutè Majorem, & Consequentiam. Nam Matrimonium inter infideles contractum, nunquam valet Sacramentum fieri, etiam si ambo baptizentur conjuges; quia tunc solum perficiuntur Sacramenta, dum eorum materia & forma phisicè applicatur; cum ergò materia & forma Sacramenti Matrimonii non applicetur phisicè, dum infideles conjuges baptizantur, eò quòd tunc hoc non conficiatur Sacramentum; idèò infidelium Matrimonium præteritum nunquam evadit Sacramentum.

55. Sed urges: Dum conjuges infideles baptizantur, adhibent, aut adhibere possunt novum consensum, sive ratificationem prioris jam præteriti; sed dum contrahentes baptizati mutuò consentiunt, sive consensum per verba de præsentis exprimunt, tale conjugium est Sacramentum; igitur conjuges infideles dum baptizantur, simulque adhibent novum consensum; sive ratificationem prioris jam præteriti, proculdubio eorum conjugia rem, & Sacramenti nomen fortiuntur.

56. Contra primò: Nequeunt præfati infideles dum baptizantur, Matrimonium de novo contrahere, cum neuter eorum jam sui corporis potestatem habeat; & nemo alteri tradere possit, quod suum non est: ergo Matrimonium jam inter infideles semel contractum, nequit fieri Sacramentum, eò quòd novum non valeat Matrimonium fieri: ergo modò conjuges infideles dum baptizantur, adhibeant novum consensum, modò præteritum ratificent, nunquam eorum conjugium Sacramentum evadere potest.

57. Contra secundò: Si conjuges postquam semel sibi mutuò sua corpora tradiderunt, possent sibi invicem iterum tradere, reverà pro ipsorum libito possent Sacramentum Matrimonii ingeminare; sicque novam accipere gratiam ex vi Sacramenti toties inculcati, quod prorsus à veritate alienum censetur. Hæc ergo pro argumenti solutione, necnon & ultimâ hujus distinctionis parte satis superque sunt dicta.

QUÆ

QUÆSTIONE SAGNA

58. QUÆSTIO 1. An fidelis cum infideli verum valeat Matrimonium contrahere? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 39. q. 1. art. 1. Gonet tom. 4. tract. 8. disp. 2. art. 2. §. 3. Sotus in 4. dist. 26. q. 2. art. 3. Ledesma de Matrim. q. 59. art. 2. num. 1. Reding tom. 8. q. 11. art. 2. Controv. 2. Cassianus à S. Eliâ tom. 1. verb. Matrim. cap. 21 §. 12. Salmanticensis tract. 9. cap. 21. punct. 6. Mauritiu de Lezana tom. 1. verb. Matrim. num. 15. & seqq.

59. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 39. q. 1. Mastrius in 4. disp. 7. q. 19. art. 2. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 13. Cotonius tom. 1. lib. 5. Controv. 6. à num. 56. Frassen tom. 4. disp. ult. art. 3. §. 8. Castillent. tom. 1. in Polyantb. Seraph. verb. Matrim. num. 94. Porcius tract. 11. disp. 49. q. 14. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 11. 60. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. disp. 2. dub. 18. Tambur. tom. 2. lib. 8. cap. 7. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 72. Delugo de fid. disp. 62. q. 2. Vazquez disp. 2. num. 113. Castro Palao disp. 4. punct. 114. num. 2. Reginal lib. 31. num. 2. Coninch disp. 24. dub. 2.

61. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 39. q. 1. art. 1. Rebellus lib. 3. q. 9. Gavardi tom. 6. de Matrim. q. 3. art. 8. Bassao verb. Matrim. num. 5. & seqq. Diana 7. p. resol. 117. & p. 8. resol. 14. Leander tract. de impedim. disp. 1. q. 1. & seqq.

62. QUÆST. 2. An Matrimonium fidelis cum infideli sit Sacramentum? De quo, his quæst. 1.

63. QUÆST. 3. An Matrimonium infidelium, quando ambo baptizantur, evadat Sacramentum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 39. q. 2. art. 1. & seqq. Gonet tom. 5. tract. 8. disp. 2. art. 2. §. 3. Salmant. tract. 9. cap. 12. punct. 6. Lezana tom. 1. verb. Matrim. num. 6. Cassianus à S. Eliâ tom. 1. verb. Matrim. cap. 21. §. 12. & 13. Reding tom. 8. q. 11. art. 3. Controv. 2. lib. 5. cap. 11. 64. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 39. q. 1. Mastrius in 4. disp. 7. q. 1. art. 3. Poncius tract. 11. disp. 49. q. 3. Brancatus de Lauræ disp. 13. art. 9. Hiquæus in 4. dist. 39. in comment. num. 58. Castillent. in Polyantb. Seraph. verb. Matrim. disp. 4. num. 1. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 11. & seqq.

65. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. disp. 2. dub. 16. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 9. Henriquez lib. 11. de Matrim. cap. 2. & 8. Tambur. tom. 2. lib. 8. cap. 7. Ex aliis Averla q. 1. de Matrim. sect. 6. Bassao verb. Matrim. num. 6. Rebellus p. 2. lib. 2. q. 7.

QUÆ

66. QUÆST. 4. An Matrimonia cum hæreticis semper censeantur illicita? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 39. q. unic. art. 1. Gonetus tom. 5. tract. 8. disp. 9. art. 5. Reding tom. 8. q. 11. art. 2. Controv. 2. Salmant. tract. 9. cap. 12. punct. 7. Calsianus à S. Eliâ tom. 1. verb. Matrim. cap. 21. §. 13. & 14. Lezana tom. 1. verb. Matrim. num. 17.
67. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 39. q. unic. Boscius tom. 6. disp. 12. sect. 12. Poncius tract. 11. disp. 49. q. 14. Frassen tom. 4. disp. ult. art. 3. §. 9. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 13. Castillent. tom. 1. in Polyanth. Seraph. verb. Matrim. num. 10. & seqq. Cotonius tom. 1. lib. 5. Controv. 6. à num. 59.
68. Ex Scholâ Eximiâ Carleton tom. 2. disp. 104. sect. 1. & 2. Azor tom. 1. lib. 8. cap. 11. q. 5. Beccanus 2. 2. cap. 9. q. 5. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 72. num. 2. Palao tom. 1. tract. 4. disp. 5. punct. 13. num. 10. Layman 4. p. cap. 14. Tambur. tom. 1. lib. 2. cap. 1. §. 5. Mart. Perez disp. 36. sect. 2.
69. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 39. q. 1. art. 1. Bassæo verb. Matrim. num. 7. Averfa disp. 1. de Matrim. q. 1. sect. 7. Rebellus p. 2. lib. 2. q. 8. Leander de impedim. disp. 1. q. 1. Gavardi tom. 6. de Matrim. q. 3. art. 8. Diana p. 7. resol. 117.
70. QUÆST. 5. An Matrimonium fidelis cum infideli sit Sacramentum ex parte fidelis? De quo, *hic quest. 1.*
71. QUÆST. 6. An propriâ authoritate possint conjuges divortari? De quo, *dist. 35. quest. 1.*
72. QUÆST. 7. An divortium sit licitum, & quas ob causas? De quo, *dist. 33. quest. 4.*
73. QUÆST. 8. An possint ac debeant conjuges divortari? De quo, *dist. 33. quest. 5.*
74. QUÆST. 9. An adulterium sit semper causa sufficiens ad divortium? De quo, *dist. 33. quest. 9.*
75. QUÆST. 10. An divortium differat à repudio? De quo, *dist. 33. quest. 4.*
76. QUÆST. 11. Ad quorum relationem, & testificationem divortium fieri debeat? De quo, *dist. 33. quest. 4.*
77. QUÆST. 12. An viro petente divortium, teneatur uxor in omnibus casibus excipere contra eum? De quo, *dist. 33. quest. 6.*
78. QUÆST. 13. An, sicut in divortio vir & uxor ad paria censentur; sic in repudio censerî debeant? De quo, *dist. 33. quest. 6.*
79. QUÆST. 14. An, & cur potius ex fornicatione, quàm ex peccato alio divortium fieri debeat? De quo, *dist. 33. q. 6.* DE

DE IMPEDIMENTO COGNATIONIS PRIMO carnalis.

DISTINCTIONIS QUADRAGESIMÆ SYNOPSIS

*Fœdera conjugii prohibens cognatio carnalis,
Rectè lege quotum durat ad usque gradum.*

Sic incipit: Nunc superest.

Sic terminat: Junguntur.

1. **C**onnectitur hæc distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de impedimento disparis cultûs; sed in præsentî determinat de impedimento cognationis, & primò de carnali: igitur cum superiori distinctione præfens connexionem servat.
2. Consequentia probatur: Prius est agere de impedimentis, quæ reddunt personam illegitimam ad contrahendum cum aliâ diversæ religionis, sive disparis cultûs, quàm de reddentibus personam inhabilem ad contrahendum cum cognatis, & propinquis, eò quòd illa minus, & hæc magis ad propriam accedant stirpem; sed Magister in superiori distinctione de impedimento disparis cultûs, quod reddit personam ineptam, ac illegitimam ad contrahendum cum aliâ diversæ religionis; & in præsentî de impedimento cognationis, quod inhabilem reddit personam ad contrahendum cum cognatis, & propinquis, determinat; ergo rectè inter se hæc consonant distinctiones.
3. Dividitur præfens distinctio in duas præcipuas partes. In quarum primâ Magister dividit cognationem in carnalem, & spiritualem, agendo prius de carnali. In secundâ verò, pulchrè ac disertè detegit quarundam authoritatum de cognationis carnalis gradibus sensum, & rationem.
4. **P**RO PRIMÆ igitur partis ostensione, hæc prima præfigitur thesis: *Cognatio carnalis, sive consanguinitas jure antiquo Ecclesia impedit Matrimonium usque ad septimum gradum; extra litteram verò, provoque jure ad quartum usque gradum auctoritatè dirimit.* Ante cuius